

nostris ecclesiis sepius inter nos actum. Nō dubito quin si quid acrius mo-
 uerit Romanus: non aliter q̄ ad commune pepellēdum iugum præsto sint
 affuturi: cum omnibus opibus sotiarum ciuitatum. Nolite hanc occasione
 omittere: quę semp nō aderit. Audendum nūc est. Plura interdum præstat
 animus: q̄ uires: libertatem quam eripere uolūt liberis uestris retinete. Nū-
 cium ego si ita uidetur ad iustinianū q̄ primū mittā: purgatum quę ponti-
 fex detulerit. Nos quibuscunq; necessariis occuremus. Hęc cū felix dixis-
 set & illius amici ad exacuendas cōtionis iras magis q̄ ad cōsultandū cōue-
 nissent: prosequisq; laudare felicitis cōsiliū: & se se in libertatē uindicare uelle
 profitentur. Neq; n. fieri posse credebāt: ut iustinianus qui plura ante in pō-
 tificē Romanū odii Multa in Rauennā urbem amoris dederat argumenta
 Adduceretur ut grauius quidpiā aduersus eam statueret ciuitatē. Ceterum
 oīa felici temere agēti infelicitate cessere. Raro. n. Felix temeritas est: Quip-
 pe iustinianus qui nihil magis optaret q̄ offerri sibi occasione declarandī er-
 ga pontificē animi: Imperat Theodoro patricio classē apud siciliā agenti
 ut q̄ primū aucta classe Rauennā proficiscatur. Det operam ut Felix archi-
 episcopus pontifici satisficiat. Qd si forte facere cōtemnat: uinctum cum q̄
 bus uisum sit constātinopolim deducat. Archiepiscopus & illius factio ut
 primū facti sunt certiores de illius aduentu: Euocare omni studio cōtēdūt
 ex oībus flaminie ciuitatibus: Ceruia: Comaclo: Cesena: Forocornelio: ac
 Popilio quęcunq; possunt auxilia: idemq; ex omni Hexarchatu. Nec segni-
 or Theodorus postea q̄ cognoscit per nuntios re armisq; nō uerbis agendū
 fore: In illyricum declinans inde nō supplemento solum sed numero quoq;
 classē auget. Arenetis quotquot naues in promptu habcāt accersit: Et ut
 in tpe adsint ad Rauennā admonet. Quibus cōparatis rebus postea q̄ clas-
 sis se se in conspectū dedit. Consternati metu Rauennates turbulētius oīa:
 q̄ res exigeret obire: festinare: Trepidare: interdum quid agant incerti subsi-
 stere: Excurrere interdū. Neq; satis qd consiliū capiendū dispicere: progredi-
 endū ne esset: an regrediendum. Sed raptis ut primū potuere armis cōueue-
 rāt ab hexarchatu auxilia oīs generis multitudine. Itaq; cū non amplius tē-
 pus egeret consilio accurrere ad mare oēs ad arcendū procul a littore hostē
 Cum uero Theodori Milites tranquillam nacti tempestatē pluribus de lo-
 cis cōpissent ex nauibus in littus proflire: Rauennates aut sine duce: Agre-
 sti impediti potius q̄ instructi multitudine: Quę & iermis & sine telis adue-
 nisset: Cum impares se se uiribus perspicerent: territi hostium audacia: ma-
 xima pars a littore retro cedere & ad fugam spectare cōpit. Pauci cōducti-
 tū pugnam cum Græcis conferere ausi. Nōnullum ibi prælium cōmissum.
 Cæterū paruo negotio cēsi ac repulsi terga uertunt. Theodorus eos cēdēdo
 cōsectatus cū fugiētibus in urbē ē īgressus. Quēstioe deīde hīta corū q̄ Ar-
 chiepiscopo fauissent nōnullos īterficīt. Alios Romā delegat. Plerosq; una